

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas Iuveni ... Dn. Paulo Brandes/ Sunderburgensi Holsato, Phil. & SS. Theol Stud. ... Vir Dn. Johannes Petraeus, Huius Reipubl. Cos. Parentum nomine parat. Cives suos hodie ad dimidiatam primam in aedem D. Jacobi serio & diligenter invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422249>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.,
in P. Brandes.

R. 1638.

67

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS

Quas
Juveni

Ornatissimo & Doctissimo

Dn. PAULO Brandes/
Sunderburgensi Hofsato,
Phil. & SS. Theol Stud.

Amplissimus & Consuleiffimus Vir

Dn. JOHANNES PETRÆUS,
Hujus Reipubl. Cos.

Parentum nomine parat.


Cives suos hodie ad dimidiatam primam in
ædem D. Jacobi serio & diligenter vocat.



ROSTOCH,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



VNa forte supererat
Hollatia, Academiae Cives,
quæ ex juvèntute sua, quàm
nobis excolendam cõmife-
rat, neminem hucusq; desideraret; se-
cus quàm ceteris, & maximo Reipu-
blicæ cum damno, ex iteratis suorũ
funeribus contigit. Cum enim bo-
nam studiosorum partem ex publi-
co urbis malo amiserimus, itumq; sit
per nationes probe & velut ordine,
quod alijs hæctenus præstitit Doctis-
simus atq; Ornatissimus Juvenis PAU-
LUS Brandes/ Sunderburgenlis Hol-
satus, Philosophiæ & SS. Theologiæ
Studiosus, dum libens ac pie olim
frequentabat commilitonum suorũ
exequias, idem sibi nunc à superstiti-
bus vobis quàm diligentissimè fieri
jure quodam ac merito requirit.

Iii 2

Post-

Postquam & eodem modo, & brevi tempore decumbens, alias adolescēte ætate, integrisq; viribus, ab nupero hujus Mensis XX. in VIII. diem viv⁹ esse desiit; non tam allata secū mortis causa, quam ex popularis mali contagio accepta. Quod equidem hætenus quæcunq; ætatum, ordinum, dignitatumq; nomina affectari, flammæq; instar & apprehendere valentes, nec dimittere ad sanitatem affectos consuevit. Maxima cum Medicorum gloria, si artem in adversum probarent, promptaq; & celeri ope resisterent eorum periculis, à quibus tam diligenter sæpe, tantisq; cum precibus expetiti, & per officiū ferme implorati erant. Ceterum & vis morbi tam acuta & præceps, ut lenitatem sub initiis ostensam festi-
nan-

nantia gravissime compenſaret, neq;
permitteret Medicis, ut agra facile
relevarentur, ſed proſueret undi-
quaq; & ſterneret. Quare & noſter
quoq; jam ante non nihil timere, imò
proſus exhorreſcere iſtam luem, &
velut imminentē ſibi, aut certe præ-
ſagio quodam denunciata averſari
atq; effugere. Irrito quidem conatu.
Cum & moræ non nihil darentur,
neq; iſte mortis Candidatus ita fu-
gam, quam illa exitium feſtinaret.
Quapropter non mirum, ſi & fru-
ſtra omnia, quæcunq; ingruente ma-
la valetudine tum oppoſita, ipſaq; il-
la principia, pro inveterato malo
fuerunt. Utiq; jam tum, quanquam
aliter prævideri vix poterat, ſero o-
mnia parabantur. Invaſerat enim il-
lico hominem immodicus quidam

lii 3 calor

caler, ex quo incensi agitatiq; in cerebro spiritus alienarunt paullo aegrotantis mentem, cui tamen, antequam decederet, restitutus, quemadmodum tota vita & per id, quod apud nos fecit, breve tempus pietati ac precibus magna cum laude vacavit. Ita tum quidem commendare se prorsus Deo, & desiderare cum Christo esse, Advocare igitur ad se Reverendum & Clarissimum Dn. M. CHRISTIANUM MICHAELM, Pastorem in æde Jacobæa meritissimum, eidem peccata sua confiteri, petere atq; impetrare eorum veniam, pasciq; sacrosancto corpore & sanguine Redemptoris, atq; expectare ab eo tempore mandatum ac voluntatem evocantis ad se Dei. Non multa admodum mora, cum post paulo eo, quem ante retulimus, die intra quartam & quintam matutinam animã suam Creatori Deo, usq; in gloriosum Servatoris adventũ ad coelo, unde venerat, respirabat. Beatissima morte, beatitudinis suæ, quã in pietate habebat, fructũ longe uberrimũ consecutus, postquã malis omnibus, & quæ demum imminere non minora, neq; tamen ultima videntur, per hoc fatum ereptus, brevi somno longos ac diuturnos mortalium labores prorsus ignorat, futuraq; gaudia in sinu manuq; cælestis patris occupat. Non eum ab æcto avocare adolescentia, non impellere
fervor

fervor, non vitare confortium, non allicere cupiditates, non voluptas trahere possunt. Excessit, evalsit, erupit, Et hæc quidem oclidui illius, à quo mori incepit, historia est, nunc ad unius & viginti annorum vitam rectâ veniemus. Natus autem est SUNDERBURGI anno hujus seculi decimo septimo, ex parentibus laudatissimis. Patre Viro Reverendo & Clarissimo Dn. M. JOHANNES Brandes / oppidi ejusdem Pastore demerito, Matre MARGARETHA, foemina honestissima, celebri orta familia, quæ patrem adeptâ est Reverendum Clarissimum & Doctissimum Virum Dn. M. ANTONIUM BOCATIUM, Ecclesiarum Parchimensium olim Episcopum, avum autem Magnificum & Consultissimum Virum Dn. JACOBUM BORDINGIUM, J. U. Doctorem celeberrimum, & Lubeccensis Reipublicæ longè demeritum Consulem. Quibus cum in lucem ederetur, Christû ex N. T. foedere induit, receptusq; in gratiam, educatus primum domi est; & in natali solo in literis ac bonis moribus informatus. Adultior autem factus, ablegatus etiam Lubecam, ibiq; in disciplinam Clarissimo & de juventute bene merito Viro Dn. M. JOHANNI KIRCHMANNO, Gymnasij ibidem Rectori traditus est, sub quo eos fecit studiorum progressus, ut ad Academias transire non incommode posset. Substitit autem ibi per in-

integrum triennium in videri Honestissimi laudatissimiq; Viri Dn. JOHANNIS von Barthof/Mercatoris industrij, cujus amorem ex fideli informatione unici ejus filij sic conciliavit sibi, ut, si diutius commorari ibidem sustinisset, ex hujus domo minime discessisset. Sed accedebat tum Parentum voluntas, tum proprium studiorum emolumentum, ut nostram hanc Academiam, quod XVIII. Maji hujus anni contigit, accederet, & ab linguis studiorum omnium exordiretur telam, receptusq; intra domum & convictum Amplissimi Consultissimiq; Viri, Dn. JOHANNIS PETRÆI, Reipubl. hujus Cos, gravissimi, ita se moribus pietate atq; industria approbaret, ut in filij loco habitus, filiatim quoq; suspiceret ac veneraretur hospitem suum. Cujus benevolentiam & juvandi studium in extremum usq; vitæ halitum abunde expertus est. Hæc sunt, Cives Academia, quæ de adolescente illo rescire debuistis. Nunc quidem nihil restiterit, quam ut officij atq; humanitatis vestræ memores frequentes eatis exequias, ad quod à vobis facilitate impetraturum me confido. Bene valete. P. P. die 30 Aug. A. Chr. 1702. MDCXXXIX.

fervor, non vitare confortium, non
piditates, non voluptas trahere pos-
sit, evasit, erupit, Et hæc quidem oc-
quo mori inceptit, historia est, nunc
viginti annorum vitam rectâ venien-
autem est SUNDERBURGI anno hujus
mo septimo, ex parentibus laudatissi-
Viro Reverendo & Clarissimo Dn.
Brandes/oppidi ejusdem Pastore de-
tric MARGARETHA, foemina honestissi-
orta familia, quæ patrem adeptam
dum Clarissimum & Doctissimum
M. ANTONIUM BOCATIUM, Ecclesia
mensium olim Episcopum, avum au-
ficum & Consultissimum Virum D.
BORDINGIUM, J. U. Doctorem, celebe-
Lubecensis Reipublicæ longe deto-
sulem, Quibus cum in lucem edere
ex N. T. foedere inquit, receptusque
educatus primum domi est: & in na-
literis ac bonis moribus informatus
autem factus, ablegatus etiam Lube-
disciplinam Clarissimo & de juventu-
rito Viro Dn. M. JOHANNI KIRCHMANN
ibidem Rectori traditus est, sub quo
studiorum progressus, ut ad Acade-
non incommode posset, Substitit a

